ad Abraam. Tulit autem Abra-
Hismaël filium suum et omnes ver-
naculos domus suae universosque quos
emerat: et cunctos mares ex omnibus
viris domus suae: et circumcidit ca-
rnem praeputii eorum statim in ipsa
die sicut praeceperat ei Deus. Abraam
nonaginta et novem erat annorum
quando circumcidit carnem praeputii sui.
& Hismaël filius suus tre-
decim annos impleverat tempore
circumcisionis suae. Eadem die
circumcisus est Abraam &
Hismaël filius eius et omnes viri
domus illius tam vernaculi quam
emptitii. Et alienigenae pariter
circumcisi sunt.